Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



defluxisse ~~totamente~~ contemnere.
cotidiana dō lacrimarum sacrificia
cotidianas carnes eius & sanguinis hostias
immolare; Haec namq; singularitē
uictima ab aeterno interitu animā saluat.
quae illam nobis mortem unigeniti per
mysterium reparat. Qui lic & surgens
a mortuis iam non moritur. mors eiu ultra
non dominabitur; Tamen in semetipso in
mortaliter atq; incorruptibiliter
uiuens pro nobis iterum in hoc mysteriū
sacrae oblationis immolatur. Cius
quippe ibi corpus sumitur. eius caro in
populi salute pastitur. Cius sanguis non
iam in manus infidelium. sed in ora fide
lium funditur; Hinc ergo pensemus
qualis sit pro nobis hoc sacrificium quod
pro absolutione nrā passionem unigeniti
filii semper imitatur; Quis enim fide
lium habere dubium possit. in ipsa immo
lationis hora ad sacer dotis uocem. caelos
aperiri. In illo ihū xpi mysterio angelorū
choros adesse. summissima sociari